



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

70. De cœna apud Bethaniam.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

MEDITATIO LXIX.

Lazarus à mortuis suscitatur.

I. **I**esus autem, elevatis sursum oculis, dixit: **P**ater, gratias ago tibi, quoniam audisti me. Ego autem sciebam, quia semper me audis, sed propter populum, qui circumstat, dixi, ut credant, quia tu me misisti, *Ioan. 11. v. 41. & 42.*

II. Hæc cum dixisset, voce magnâ clamavit: Lazare, veni foras. Et statim prodijt, qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus institis, & facies illius sudario erat ligata. Dixit eis Iesus: Solvite eum, & finite abire. *Ioan. 11. v. 43. & 44.*

III. Multi ergo ex Iudæis, qui venerant ad Mariam & Martham, & viderant, quæ fecit Iesus, crediderunt in eum. *Ioan. 11. Vers. 45.*

MEDITATIO LXX.

De cœna apud Bethaniam.

I. **I**esus ante sex dies Paschæ venit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitavit Iesus. Fecerunt autem ei cœnam ibi: *Ioan. 12. v. 1. & 2.* in domo Simonis Leprosi.

profi. *Matth. 26. v. 6. Marc. 14. v. 3.* Et Martha ministrabat, Lazarus verò unus erat ex discumbentibus cum eo. *Ioan. 12. vers. 2.*

II. Et cùm esset Bethaniæ in domo Simonis leprosi, & recumberet, venit mulier, *Marc. 14. v. 3.* Maria, & accepit libram unguenti nardi pistici, pretiosi, & unxit pedes IESU, & exersit pedes eius capillis suis. *Ioan. 12. v. 3.*

III. Accessit ad eum mulier, *Matth. 26. v. 7.* habens alabastrum unguenti nardi spicati pretiosi: & fracto alabaastro, effudit super caput eius, *Marc. 14. v. 3.* recumbentis. *Matth. 26. v. 7.* Et domus impleta est ex odore unguenti. *Ioan. 12. v. 3.*

MEDITATIO LXXI.

Indignantur discipuli, præcipuè Judas de effusione unguenti.

I. ERANT autem quidam (videntes discipuli. *Matth. 26. v. 8.*) indignè ferentes intra semetipsos, & dicentes: Vt quid perditio ista unguenti facta est? *Marc. 14. v. 4.* Potuit enim istud venundari multo: *Matth. 26. v. 9.* Poterat unguentum istud venundari plus quàm trecentis denarijs, *Marc. 14. v. 5.*